



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 60. Petrus Brullius Tornaci extremo suppicio affectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1544.

§. LX.

Petrus Brullius Tornaci extremo supplicio affectus.

*Sleid. l. 16.* Interea hæresis in ipsum etiam Belgium  
*p. 527* sese diffundere cœperat, pluresque ad  
*Sur. coīn. ad* amplectendam novam reformationem  
*hunc annum.* satis propensi videbantur, quin imo non  
*Spond. ibid.* fine animi jubilo hæresi nomen dedi-  
*n. 18.* fent, nisi Cæfareis edictis fuissent cohi-  
biti, quidam tamen nomine Petrus Bru-  
lius, natione Gallus ac Sacramentario-  
rum Minister jamjam per aliquot annos  
Argentinæ perversa sua spargebat dog-  
mata, tandem vero Tornacum in Flan-  
driam delatus funestum impietatis vitæ-  
que suæ exitum fortitus est; cum enim  
erroribus suis Magistratus zelum in se  
excitaret, urbis portæ, ne forte fuga  
elaberetur, occludi jubebantur: ast a  
suis amicis de ipsius salute sollicitis die  
secunda Novembribus nocturno tempore  
per urbis mœnia fune demittebatur: ubi  
vero jamjam pedibus terram attigerat,  
quidam ex ejus sociis, qui aderant, mu-  
ro incumbens salutem ei precabatur;  
ast simul grandiori faxo ex mœniis reso-  
luto Brulii crus confregit. Tum miser  
horrendos emiserat ejulatus, quibus au-  
ditis satellites, qui in eum inquirebant,  
humi procumbentem ceperunt, atque  
in vincula conjecerunt. Postea Argen-  
ti-

tinensis Senatus, nec non Protestantium Sæcul. XVI.  
Oratores, qui tum Wormatiæ agebant, A.C. 1544.  
comperta illius captivitate nullum non  
movere lapidem, ut Brilio vitæ gratiam  
impetrarent: verum tardæ nimis erant  
horum omnium preces; quippe jamjam  
die decima nona Februarii Brilius len-  
to igne vivus fuit exustus: adeo tamen  
suos errores non retractabat, ut etiam  
illos usque ad ultimum vitæ halitum  
pertinaciter propugnaret.

## §. LXI.

*Merindolani & Cabrierensis tumultus initia.*

Verum magis severum adhuc suppli- *Sleid. l. c.*  
cium de hæreticis sumebatur Me- *p. 534.*  
rindoli ac Cabrieræ duobus oppidis, quæ *Thuan. hist.*  
in Viscantini Comitatus finibus in Pro- *l. 6. sub Hen-*  
vincia sita erant; cum enim ad has ur- *ric. II. ann.*  
bes tanquam tutum nequitiae asylum *Vide Lib.*  
nonnulli, qui ex Valdensibus superant, *CXXXVIII*  
confugerent, eorum posteri harum ur- *§. 85. & 86.*  
bium incolæ errores, quos a suis Majo-  
ribus hauserant, semper pertinaci animo  
tuebantur, simulque indefesso prorsus la-  
bore Provinciæ montes colebant, totam-  
que regionem satis fertilem, atque ad  
pascenda armenta aptam reddiderunt:  
dum vero spuria Lutheri reformatio in-  
valescere cooperat, hi quoque perceptis  
iis, quæ in Germania agebantur, ani-  
mos